



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt & reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**

**[München], 1613**

Jtem Epistola eiusdem Papæ per Droctegangum Abbatem directa, in qua continentur, gratiarum actiones & vberrimæ benedictiones. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

tus Petrus nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset iustitiam, & factum non est, & in magno cordis stupore de hoc omnes euenerunt.

Sed peto excellentissimam bonitatem vestram, ut vituperium hoc agentibus auferatis, & omnibus fidem vestram operibus ostēdite, eò quòd fides, ut scriptum est, sine operibus otiosa est, cum qua enim fiducia aut fortitudine ad expugnandos inimicos vestros pergere potestis, si iustitiam beati Petri, ut promisistis, & initiastis, nō perfeceritis? si enim, ut cōepistis operibus adimpleueritis, eritis semper victores & fortissimi super vestros inimicos, & præsens regnum per multorum annorum spacia cum bona possidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos Wilharium Reuerentissimum & Sanctissimum fratrem & coëpiscopum & fidelem, qui vobis omnia de nostra tribulatione & causa B. Petri proprio ore enarret, cui in omnibus credere iubeatis, & exitum bonum in causa B. Petri ponere. Incolumem excellentiam vestram, gratia superna custodiat. Bene valete.

*Item Epistola eiusdem Papae per Droctegangum Abbatem directa, in qua continentur gratiarum actiones & uberrima benedictiones.*

X.

**D**OMNO excellentissimo filio Pippino Regi, Stephanus Papa. Præsens Droctegangus Abbas sacris liminibus protectoris tui beati Apostolorum principis Petri, & nostris obtutibus præsentatus imposta sibi verba salutationis ac sospitatis, à Deo

Deo seruatae atque amantissimae Excellentiae tuae \* in-  
 numeras omnipotenti Deo laeti effecti gratias refe-  
 rentes egimus, petentes eius diuinam misericordiam,  
 licet peccatores & indigni, vt pro sua te protegat pie-  
 tate, excellentissime fili, & multo amplius atque per-  
 fectius suo timore tuum regnum confirmet & amore  
 Apostolico, quatenus & praesenti vita \* longè feliciter \* longam.  
 fruaris, & aeternae beatitudinis consors, fructu Apo-  
 stolici amoris, effici merearis, etenim praesens Dro-  
 tegangus, fidelis tuus Missus, iuxta quod nobis locu-  
 tus fuit, congruum per eum tuae sublimissimae boni-  
 tati in ore ponentes remisimus responsum, cui & in  
 omnibus credere iubeas, fili, quia in omnibus quae  
 mandasti, Christo cooperante, salutaria tibi mandauimus,  
 sed imple Dominicum dictum, sicut scriptum  
 est; *Quoniam qui perseverauerit usque in finem, saluus erit.*  
 Ex hoc enim centuplum accipies & vitam possidebis  
 aeternam. Hoc autem petimus, fili, vt dum Missos  
 tuos ad nos remittere iusseris, cum responsis hunc Io-  
 annem, virum religiosum cum eis mittere iubeas; fi-  
 delis enim tuus est & prudenter reportat responsa.  
 Bene vale.

*Item Epistola eiusdem Papae generalis, in  
 qua continentur gratiarum actiones, &  
 uberrima benedictiones.*

## XI.

**S**TEPHANVS Episcopus seruus seruorum Dei,  
 viris gloriosis, nostrisque filiis omnibus Du-  
 cibus, gentis Francorum. Lata gaudet san-  
 cta mater Ecclesia in prouectu fidelium filiorum.  
 Pro-